



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 85. Christianus Augustus Sulzbacensis Princeps ad fidem Catholicam
reversus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

ventibus suas Prophetias effundunt, tunc manibus, pedibusque contremiscunt, spumam ex ore evomunt, & de Dei cognitione alii inter tremores loquuntur, alii horribili vocum confusione simul cantant, seque a Deo ad loquendum specialiter motos fingunt. Hanc vero tremendi consuetudinem in religionem vertunt, eoquod in S. literis scriptum legeretur: *in timore & tremore operamini salutem, & alibi: tremens & stupens: timui & expavi: conturbata sunt ossa mea, exterritus sum & tremebundus, cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & denique Ezech. 12. v. 18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede &c.*

Sæc. XVII.
A. C. 1655.

*ad Hebr. 12.
Dan. 10.
Jerem. 23.
Psal. 119.
Actor. 9.*

§. LXXXV.

*Christianus Augustus Sulzbacensis
Princeps ad fidem Catholicam
reversus.*

Eodem anno, quo Ludovicus XIV. Galliarum Rex omnes Hugonotas ab Officiis Aulæ suæ, sui que Fratris promulgato decreto excluserat, in Germania Lutherani nobilissimum sectæ suæ fulcimentum amisere; Christianus enim Augustus Sultzbacensis Princeps Palatinus Rheni Comes de Religionis suæ falsitate convictus, primo in sua
ditio-

Sæc. XVII. ditione Calendarium Gregorianum ob
 A. C. 1655. fervari jussit: postea Lutheranismum
 tium remisit, & unacum Serenissima
 Conjuge sua ex Rheingravorum gene
 orta coram Archiepiscopo & Electore
 Moguntino die trigesima Decembri
 Guirceburgi fidem Catholicam palam
 professus est, non sine ingenti Catho
 licorum jubilo. Fertur, quod Sath
 nas, cum aliquot post annis Eychen
 dii ex Energumeno sacris exorcismi
 pelleretur, edixerit, Christianum Pri
 cipem esse ejus Apostatam, eoque
 suo obsequio & a fide Lutherana
 Catholicos transisset: verum hujus
 lationis fides sit penes Authorem
 cobum Hackium.

*Norma fid.
Hack.*

§. LXXXVI.

Poloni a triplici hoste pressi.

*Tuld. Hist.
rer. l. 5.
Priet. An-
nal. mund.*

Cum Alexius Michelovicus magnus
 Moschoviæ Dux Polonicam ditam
 nem hostili exercitu, jam anno prius
 invasisset, Carolus Gustavus Sueciæ
 hujus inopinæ irruptionis opportunitatem
 in rem suam versa, hoc anno arma
 versus Poloniæ Regem parabat, jactans
 novi belli obtentu, quod Calimirus
 æque ac olim Sigismundus Reges
 legitimos Sueciæ hæredes dicerent,
 tamen ipsa, quod oppressis Catholicis
 Luthe